

Poloni ad Germanos

O Germani Fastuosi
Quantum estis animosi
Vel potius timidi
Magnos Triumphos canitis
Cum Satis Innaui sitis
Iure dicam timidi.
Non sunt haec Nostra Trophaea
Factum id Nostra Franea
Non sunt haec Vestra bona.
Recessisset ne Virtius
Ni perisset Rakotius
Devictus per Polonos.
Nil Nobis restituitis
Imo Regnum exhausistis
Et pauperes Colonos.
Tu Germane es Insanus
Dum auxiliares manus
Superbe deprædicas
Cum perijt Heister Ille
Reputatur quasi Mille
Proditorem indicas
Sed pro Rege Casimiro
Peperistis nulli Viro
Quam falsa haec Verba.
Imo multis pepererunt
Vere hostem nec crediderunt
Vestra Arma Superba.

Sordidum est Triumphare
Verbis et nunquam pugnare
Vanas pompas canitis.
O quam false hoc dixistis
Quod Nobis restituitis
Nostra bona perdita.
Regina dum epulabat
Arma Vestra implorabat
Sed non haec Tivannica.
Quae Nobis sunt graviora
Et multo crudeliora
Quam forent Paganica.
Nunc blasphemam habet mentem
Reginam Vocat Serpentem
Cum sit Mulier prudens
Promouere bonum Gentis
Non est hoc Virus Serpentis
Tace lingua Imprudens.
Non Veneramur Serpentem
Sed Reginam tam prudentem
Quae odit Vestrum Fastum.
Decepistis Hungariam
Nunc Vultis Poloniam
Novimus Vestrum Astum.